Quaestio Quodlibetaria agit. in Scholis Medicorum die Jouis 26ᵃ nouembris.

M. Joanne L'Amy Moderatore.

An Idem Calor omnium functionum author?

Tres actiones primae sunt generatio, auctio, et nutritio, ad quas perficiendas materiam convenientem, et eorum instrumenta suppeditare oportuit. Materia tamen generationis est gemina, semen nempe utriusque parentis, et sanguis maternus purior; utraque partes singulas continens. Sed materia cum per se nullius sit principium motus, causam aliam aliunde sumere eam oportuit, cuius ope absolveretur. Haec vero calor cum spiritibus, qui eo situs videtur caelestis, et divinus potius, quam elementaris.

Calor autem ipse originis divinioris, suarum partium singularum ex duobus illis (apta alteratione facta) constituit, easdemque, omnes efformat et effingit, ita ut sine eo temperamento iudicium fieri non possit. Itaque materiam illam geminam dum versat, et volutat varie, partes quidem omnes simul aggreditur, sed primum hepar, secundum cor, tertium cerebrum, quorum duorum officiis factus tandem potest. Elementaris confector est et consumptor.

Excrescunt partes omnes per omnem dimensionem aequo modo, eiusdem caloris ope, et alimenti triplicis, quo accedente, iactura, perdendaque nostrae substantiae dissipatio ibi reparatur, tamen moriendi necessitas premimur. Neque sane calor ille necessitatem ... ad eam ... quatuor humores, qui à sanguine numquam sunt seclusi, non à se ipsis nec vario, sed uno eodemque temperato calore geniti pabulum ... materiam molem suppeditant.

Nutritio facile omnium prima duabus illis ancillatur quidem sed perfunctis suo munere, ea sola ad extremum diem perseverat: ad quam cum destinatae et comparatae sint aliae functiones, tamen calorem eundem omnium authorem esse necesse est; siquidem ab uno tractus attractio, coctio, et expulsio omnis sit, quod non ~~...~~ in cibo et potu conficiendis modo, sed in causis morborum domandis facile videre est, nihil calore sine natura confecerit.

Calor qui infixus cordi ad vitales munia, et qui cerebro immissus est ad animales munia obeunda diversus à primo non est, nec diversus spiritus: hinc evenit ~~...~~ ut in syncope cum sunt eiusdem dissipatione quatuor virium omnium lapsus; in apoplexia forti praesens interitus; et in sphacelo cum eiusdem extinctione νέκρωσις ac mors partium ipsarum.

Ergo Idem Calor omnium functionum author.

Ponebat Petrus De L'Escluze Constantiensis. 1578.

F.M.P. BIBLIOTHEQUE

D. Doct. Disputaturi.

M. Bonauentura Grangier. M. Claudius Bazin. M. Nicolaus de Cormeilles.
M. Joannes Martin. M. Jannes L'Amy. M. Guillelmus Robineau.
M. Andreas Du Breüil. M. Henricus Blacuod. M. Ludouicus Duret M. et Pr. Reg.